Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



25

quid gehenna tuc faciet. Ecce ve non
potes duo gaudia hic delcari sed hic
in mundo et postea regnare cū xpo. Si
usq; in hodiernum diem fuisses in honoribus
et voluptatibus vivisses quid tibi totum
profuisset. si iam in instanti mori contingeret.
Omnia ergo vanitas preter amare deum. et
illi soli seruire. Qui enim deum ex toto cor
de amat. nec mortem nec supplicium nec
infernum nec iudicium metuit. Quia per
fectus amor securum accessum ad deum fac.
Quem aut adhuc peccare delectat non miru
si morte 2 iudicium timet. Bonum tu est.
ut si necdum amor a malo te revocat.
saltem timor gehennalis coherceat qui
vt timore dei postponit. diu stare in
bono non valebit. et diaboli laqueos
citius incurrit.

De ferrich emendatione totius vite

Esto vigilans 2 diligens in dei seruitio. et cogita frequenter ad quid
venisti. et cur seculum reliquisti. Nonne
ut deo viveres. et spiritalis homo fieres.
Igitur ad pristinam feruorem. et mercedem
laboris tui in breui recipies. nec erit
tuc amplius dolor aut timor in finibus
tuis. Modicum nunc laborabis 2 magnam
requiem. imo eternam mercedem inve
nies. Si tu permanseris feruidus 2 fidelis